



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XV. Bononien. seu Nonantulana bonorum. An & quando in  
concessione ad tertiam generationem, includatur generatio activa ipsius  
acquirentis, ita ut restringatur ad filios & nepatos, vel potius ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

3 non poterant de generatione masculina Joannis Baptista stipulatoris, juxta theorream *Castrensem*, in l. *maritius* nn. 5. *Cod. de procur.* & aliorum, quos latè deducunt *Caldas de Jur. emphyt. lib. 2. quæst. 24. nn. 86. cum seqq.* & cæteri cumulati in decisionibus deluper editis, & disc. precedenti.

Nil refragante, quod ipsi essent masculi, quia infecta primitiva, inficitur etiam derivativa, neque potest esse majoris virtus vel operationis caufatum, quam ejus causa producens ex *Castrensem*, in d.l. *maritius* & *conf. 190. num. 4. volum. 2. cum aliis*, qui plenè in eisdem decisionibus cumulantur, ubi respondendo ad dictiorem, à, in regulis grammaticalibus stare solitam exclusivè, dicitur in terminis legalibus ab istis grammaticalibus recedi, quories, subiecta materia, seu verisimilis mens contrahentium suaderet stare debere potius inclusivè quam exclusivè, ut declarant *Archidiaconus in cap. Statutum num. 12. de probend.* in 6. *Oldrad. conf. 49. numer. 1. Tiraquell. de retract.* *lgn. 5. 1. Glossa. num. 33. Rota decis. 703 num. 3. par. 4. divers.* & cæteri in eisdem decisionibus adducti, praesertim in prima.

Et in specialibus terminis concessionis emphyeutice factæ ad tertiam generationem ab aliquo inchoandam, quod illa persona sit inclusivè, & constituit primum gradum, habetur apud *Burrati. decis. 602. num. 9. & in Forosempionen. sén. Eugubina emphyt. decis. 26. Junii 1636. coram Coccino. decis. 357. par. 11. rec.*

Utrumque autem in praesenti concurrere, Ego & cæteri pro Monasterio scribentes dicebamus, natum scilicet contractus fieri soliti ad tres generationes, comprehensa etiam regulariter generatione activa stipulatoris, si & ad summum, ita exclusa, ita ut esset pro filiis, nepotibus, & pronepotibus, ultra quos injure non repetitur, etiam attenta magis benigna opinione pro concessionariis, ut emphyeutis ad tertiam generationem extendatur, non computata persona stipulatoris, nam ita ad abnepotes extenderetur, unde concessio non esset ad tertiam, sed ad quartam vel quinram, ex qua etiam ratione resultat verisimilis intentio à communis solito regulanda. Unde propterea clarus dictorium verborum intellectus erat, ita explicatum fuisse, ad removendam eam questionem, de qua apud *Merlin. dicta decis. 420. & 454. & dicta decis. 355. par. 11. rec. & alios*, de quibus in dicta *Bonon. sén. Nonantulana* *discursus* sequi. An scilicet facta simplierer concessione ad tertiam generationem, computanda esset persona generantis, ut ita pro istius exclusione, qualis erat Joannes Baptista stipulator, explicare voluerint.

Eademque responsione dicebatur, & in decisione admittitur, tolli argumentum deductum ex verbo, *eorum*, contento in instrumento super Capitulis stipulato, quia licet dictum verbum regulariter operetur est. & cum exclusivum personæ, cui adjectum est, nihilominus, vel ob dinumerationem personarum, vel ob alias conjecturas, seu circumstantias diversam voluntatem ostendentes, ab ista uptotè simplici præsumptione, seu conjectura de facili receditur, ut in specie habetur *dicta decis. 420. Merlin. in fin. in alleg. Forosempionen. sén. Eugubina bonorum coram Coccino, & dicta Bononien. sén. Nonantulana* *disc. preced.*

Et nihilominus ubi verba instrumenti diversum haberent intellectum, quam resultantem à Capitulis, istis potius quam illi stari debet, ut per *Merlin. decis. 603. nn. 17. Penia decis. 1237. num. 19. cum seqq.* Addit. ad *Gregor. decis. 168. nn. 8. & alios* in decisionibus plenè congestos, ac videtur principium receptum, ut in specie habetur ex protelio actum in *Bononien. fidei-*

*commis. de Pepulis sub tit. de fidei commiss. &c in decisionibus in causa editis*, quoties aliundè saltem administrativè non constet de animo novandi, ac aliquid per sublequens instrumentum addendi vel minuendi ex iis qua in praecedentibus Capitulis convenia erant, quoniam Capitula dicuntur verba partium, & continent substantiam voluntatis contrahentium, instrumenta vero continent verba notariorum, qui ut plurimum transribentes instrumentorum minutias ab eorum formalitatis ipsiusmet ignorant quid scribant; Et clarius in praesenti, dum in eodem instrumento partes expressè declarant illud fieri ad Capitulorum observantiam, executionem, & majorum firmitatem, nil penitus immutando vel alterando.

Omnenque difficultatem removebant beneplacitum Apostolicum deluper expeditem, ac sententia executoris, quia ex utriusque verbis liquido apparet constabat hanc fuisse partium voluntatem, ut scilicet non computara persona ipsius Jo. Baptista stipulatoris, tres generationes ab ejus filiis inclusivè computari deberent. Cum enim beneplacitum sit illud, quod in his concessionibus alia in validis animat & informat actum, hinc proinde illud est attendendum, etiam si à verbis instrumenti vel conventionis deviet, ubi bene Seraphin. decis. 868. confirmata 7. Maii 1590. coram Gipso Altograd. conf. 22. n. 8. lib. 1. ideoque refrendando etiam ad solam veritatem, resolutiones justæ, ac bene fundata vila fuerunt.

Et quidem initio hujus causa Ego qui in alia scriperam pro Principissa Diana contra Monasterium, de qua *disc. preced.* dicebam longè in jure, & apud DD. probabilius esse, ut sub vocabulo generationis masculina veniat neptis ex filio, ut potè posita intrà lineam seu generationem masculinam primi stipitis, quam filia primi acquirentis ejusque descendentes, qui reputandi sunt de linea & generatione facti in linea ejusdem stipitis, ut *dicta disc. precedenti*, deductum fuit, unde vel prima resolutio revocanda erat, vel ista prætensio omnino improbabilis remanebat.

## BONONIEN.

S E U

## NONANTULANA

## BONORUM

P R O

## MARCHIONISSA VICTORIA DE PEPULIS,

C U M

## ABBATIA NONANTULANA.

*Casus decisus per Rotam pro Abbatia.*

An & quando in concessione ad tertiam generationem, includatur generatio activa ipsius acquirentis, ita ut restringatur ad filios & nepotes, vel potius illa non inclusa, comprehendantur pronepotes.

S U M -

## S U M M A R I U M

- 1 **C**asus controversie.
- 2 *An sub generationibus comprehendantur activa acquirentis, regulariter affirmativa.*
- 3 *Contrarium si adjiciatur verbum ejus seu ipsius, & nunc. 8.*
- 4 *Quid in concursu enumerationis personarum vel graduum.*
- 5 *De rationibus & auctoritatibus ex quibus potius prævalere debet verbum ipsius.*
- 6 *De verbo completam seu finitam.*
- 7 *Verbum nepotibus est equivocum & aptum convenire pronepotibus.*
- 8 *De verbo ejus seu ipsius.*
- 9 *Reo & possessori suffici dubias reddere probationes alteris.*
- 10 *Quod enumeratio personarum vincat verbum ipsius, & quomodo in hac materia super interpretatione investitura procedendum sit.*

## D I S C. XV.



*Acta per Abbatiam Nonantulanam de anno 1542, concessione bonorum contravertorum Hieronymo de Peplis, pro ipso, & ejus filiis, & nepotibus usque insipiens Hieronymi tertiam generationem completam, cum ex Hieronymo fuerit superstes Fabius, & ex isto Cæsar, & ex Cæsare Joannes Paulus, & Victoria, atque sequuta esset post mortem Cæsaris etiam illa Joannis Paoli, prætendente Abbatia factum esse locum devolutioni, se oppofuit Victoria pronepitis acquirentis, prætendens se comprehendendam in tercia generatione, ideoque locum non esse petitæ devolutioni ob investitura durationem, arque fententiam favorablem ab Auditore Generali Bononiæ defuper reportavit, unde introducta per appellationem causa in Rota coriarum Taria, datoque dubio, an conſet de devolutione, cum in prima propositione, ob votorum discrepantiā, nulla capta esset resolutio, in repropositione 9. Junii 1664. illa affirmativè ad favorem Abbatie prouidit, neque hucusque, quod laciam, causa ulteriore habuit prosequitionem.*

*In hac autem gemina disputatione ejus unicus punctus restringebatur ad arciculum, An sub tribus generationibus, computanda esset prima seu activa ipsius acquirentis, juxta traditionem Bart. relatam per Bald. in ant. si quas ruinas num. 4. Cod. de Sacro. Eccl. elef.*

*Et in hoc licet per majores nostros nimium varia- tū fuerit, ut patet ex plenè collectis in *Affisen. emphyteusis* coram Merlino inter suas decif. 420. & 454. & in ead. 26. Junii 1636. coram Macchiavello in press. decif. 355. par. 11. rec. & cuius etiam particula registratur per Adden. ad decif. 199. nn. 113. par. 8. rec. quæ videntur in hac materia hodie magistralis, cum quibus passim proceditur, distinctio est quod aut agitur de concessione simpliciter facta ad tertiam generationem absque alio adjecto, tunc recepta est pro regula præfata traditio Bart. & tunc generatio activa comprehendatur, ideoque concessio non extendatur ultra filios & nepotes juxta naturam emphyteusis Ecclesiastice.*

*Card. de Luca de Emphyteusi Pars II.*

*ad §. emphyteusis ant. de non alien. bonis Ecclesia, & deduci: ut etiam decif. 39. n. 2. & sequen. par. 8. recent; Multò magis, si graduum dinumeratio quoque accedat, quia nempe dicatur pro filiis & nepotibus, tunc enim, quoties simpliciter dicitur ad tertiam genera- tionem, casus est indubitus.*

*Verum quia, ut ex eisdem decisionibus patet, & ex Foro emproniensi Eugubina 16. Junii 1636. coram Coccino, decif. 357. par. 11. rec. cuius confirmatoria 3 est dicta dec. 39. par. 8. dicta regula limitationem recipere solet, ubi adjicitur pronomen *ejus*, seu *ipsius*, quasi quod tunc videatur clarum, activam generationem non includi, cum illa posita sit discretive, tanquam causa seu produc̄to trium generationum, idq; receptum est, quoties alia non urgent in contrarium, cum haec sit quædam præsumptio à contraria probatio- ne vel urgencioribus præsumptionibus excludibili- bus, ut adveretur præsternit in allegata Foro empro- meni, seu Eugubina coram Coccino, & quod pronomi- men seu adjectum in præsenti ut suprà concurrebat, Econverso autem ubi concurrerit enumeratio genera- tionum, seu personarum, quia nempe, ut etiam in præsenti, dicatur *prose. filii, & nepotibus*, tunc id impor- tant inclusions generationis activa ut infra; Hinc proinde quæfio restingebarat ad punctum dicti concursus adjectorum, seu verborum invicem pugnantium, quibus (sic) potius deferendum esset, an dicto pronomini seu adjecto *ipsius*, per quod a- ctiva generatione acquirentis excluditur, vel potius di- ce graduum seu personarum enumerationi, per quam includitur.*

*Et scribens pro Victoria protiepope, cuius intere- rat activam generationem non includi, dicebam tan- quam Advocatus, pro ista potius respondendum esse, Tum ex punctuali auctoritate *Alexandri conf. 125. nn. 5. lib. 5. & 110. nn. 18. & 19. lib. 3.* quem alii sequun- tur deduci per *Mamicare de tacn. lib. 22. tit. 25. nn. 25.* Tum etiam quia non solum aderat adjectum *ejus* seu *ipsius*, sed etiam concurrebat aliud verbum, com- pletam, quod licet sub quæfione sit, an præcisè faciat hanc operationem, cum a plurisque reputetur æqui- vocum, ac aptum recipere urumque intellectum, ut patet ex deductis apud Merlin. in allegat. decisionibus 420. & 454. & in Perusina emphyteusis 20. Martii 1628. coram Dunozetto inter suas decif. 51. ac in aliis, de quibus suprà, Dicebam tamen hujusmodi difficultatem cedere, quando dicta verba essent sola, & staret de per se, secus ubi accedit etiam dictum pronomeni seu adjectum *ejus*, seu *ipsius*, tunc enim videatur duo vincula, quæ magis ligant, ex juridica quotidiana pro- positione. *ut singula, que non profunt, &c.* Ideoq; vi- certe ac suffocare debent unicam præsumptionem in contrarium resultantem à dicta enumeratione gra- dum seu personarum.*

*Fortius vero, quia verbum *nepotibus*, est æquivocum, & aptum convenire etiam pronepotibus, ex plenè col- lectis per Fusar. de subſtit. quæf. 323. num. 1. & seqq. & ſapè ſub rit. de fideio. Econvereo autem dictum verbum, *ejus*, seu *ipsius*, videtur potius univocum, ac magis concludens, dum habemus, quod etiam antiquiori tempore coram Seraphino, Penia, Gregorio, & aliis huic verbo talis operatio attributa fuit, ut patet ex allegatis decisionibus *Affisen. coram Merlino & Macchiavello*, ac etiam moderniori tempore in Romana Casalis veteris 4. Junii 1655. & 11. Decem- bris 1658. Albergato, de qua cauſa habetur ad omni- discurſus precedent, ideoque verba univoca, & magis concludentia prævalere debent alii verbis æquivo-*

cis , potissimum stante dicta individualia auctoritate  
Alexandri dicto cons.125.lib.5; ubi agit in individuo  
de hac emphyteusi cum consimili forma , ac et-  
iam accedit dictum aliud verbum, completa, &c.

Et nihilominus subjungebam , negari non posse  
ex premissis in vicem colluctantibus versari in ambi-  
guo, quod hunc parti sufficiebat adversus dominum  
dictum agentem ad deviationem ex capite linea  
9 seu investitura finita , quoniam sibi incumbit plene  
& concludenter probare illam circumstantiam, qua  
est fundamentum sua actionis, Cavalier. decis.344.nu-  
mer.5. & 558. numer.1. dec.25. num.1. & seq. p. 6. reo.  
Alia etiam suffragante huic partis regula lex propositione,  
de qua Surd. cons.505. numer.6. Merlin. decis.  
597. num.34. Toletana decimar. de Capilla 2. Martii,  
14. Decembri 1448. Verospio dec.158. & 270. par.  
10. recent. & frequenter, quod reo & possessori sufficit  
offulcare , ac turbidas seu dubias reddere probatio-  
nes actoris, de qua propositione, ejusque declaratio-  
nibus & intelligentiis habetur ex professo actum  
in Romana testamento de Ceva subiti de testamentis  
& alibi.

Histamen non obstantibus, contrarium ut supra  
decisum fuit, sequendo auctoritatem Pauli de Ca-  
stro consil.338.lib.2. quae maiores lequaces habere vi-  
detur, ut deducitur in decisione desuper edita, in qua  
loquendo de ista auctoritate , comparativè ad illam  
Alexandri, dicitur, quod non est discipulus super magis-  
trum , quodque dicta probatio resulant a di-  
numeratione personarum, seu graduum, majoris opera-  
tionis esse debet.

Et reflextendo ad veritatem , mihi quamvis pro  
altera parte scribenti , probabilior videbatur etiam  
haec pars, quam Rota sequua est, ex eo potissimum  
fundamento, de quo præfertim satis frequenter sub tit.  
de fideicommissis, & alibi occasione deflimenti vel in-  
terpretandi ambiguum mortuentium seu viventium  
voluntatem , quod scilicet immorandum non sit in  
corris & figura verborum , sed in substantia volun-  
tatis , quodque in concusfo verborum prævaleat de-  
bent ea, quae verisimiliter constet fuisse partium , &  
qua certam ac naturalem habent significationem,  
non autem ea qua ex Notariorum formulis vel phra-  
sibus adjecta esse potuerint, seu quorum intellectus  
& operatio ex legalibus , vel grammaticalibus regu-  
lis, ac subtilitatibus magis quam ex ipso glosso & na-  
turali sensu resultat ; Et idem adjectum esse illud ver-  
bum ejus, seu ipsum, lequi potuit ex Notarii loquendi  
formula, dictique verbi operatio resultat ex legali vel  
grammaticali intelligentia, & per speciem argumenti;  
Econversò autem enumeratio filiorum & nepotum  
præfert hanc restrictionem in sensu naturali, potis-  
simè dum id magis accedit natura emphyteusi Eccle-  
siastica, nepotes regulariter non egerident; Atque in  
idem facientibus iis qua habetur in dicta Roma-  
na casalis veteris discurſus precedens, deferen-  
di magis Capitulis quam in-  
strumento.

\*\*\*

## R O M A N A

## D O M U S

## D E C A P O G A L L I S

## P R O

## C A L I M A C H I S , &amp; C O N S O R T I B U S

## C U M

## P R I N C I P E P A M P H I L I O.

*Casus soperitus per concordiam.*

De eadem materia , An scilicet, & quando  
sub generationibus comprehendatur a-  
ctiva ipsius acquirentis.

## S V M M A R I V M

1 F Acti series.

2 F Quod sub generationibus comprehendatur a-  
ctiva.

3 De limitationibus.

4 An numeratio personarum operetur per necessitatem.

5 An in proposito detur differentia inter emphyteu-  
sim Ecclesiasticam, & laicalem.

## D I S C . XVI.



AJORES Principis Pamphilii con-  
cesserunt cuidam Aloysio domum  
controversam ad tertiam genera-  
tionem masculinam pro se suis fi-  
liis , & nepotibus masculinis & fe-  
mininis per directam lineam descen-  
dendentibus, ubi masculos haberet, si autem ad ultimam  
ipsius filiarumque feminarum ac nepotum ex dictis  
filiabus descendentium , ita quod tertiam genera-  
tionem non excedant, Sunt haec verba praecisa concessio-  
nis.

Cum autem ex Aloysio fuisse superites Laura, &  
ex ista tres filii, his etiam defunctis , contraria earum  
filios dictus Princeps, prætendens factum esse casum  
devolutionis , judicium instituit coram A.C. Econver-  
sò autem possessores prætendentes taoquam pro-  
nepotes & de tercia generatione Aloysii comprehen-  
sos esse sub investitura adhuc durante , me consulue-  
runt.

Et pro veritate dixi , quod licet in disputativa ra-  
tione, sive in aliis provinciis & editionibus , in quibus  
tanta non est Rota auctoritas , non esset improba-  
bile verius de jure subtinere , quod sub concessione  
facta ad tertiam generationem non veniat prima genera-  
ratio activa ipsius acquilentis , ut venire voluit  
Bari, relatus per Bald. in auth. quas ruinas C. de Sacr. 2  
San. Eccles. ex ea viva ratione, quod nemo generat se-  
ipsum, ac etiam quia acquires dicitur causa & origo  
generationis, non autem generatio, ut satis bene Add.  
ad Alexand. cons.125.lib.5. Clarus §.emphyt. quæst.34.  
Capyc. invest. feudal. in clausulis fendorum verbo n.º  
ad tertiam generationem fol. 98. Menoch. cons.1122. n.  
binum. 10, cumulat 23. Doctores hanc opinionem  
tenen-